salvus conductus in sufficiente forma dño Francisco de Carraria juveni p. dies quinque, ut possit sicure venire ad presentiam nrām p. essendo in concordio nobiscum, cum hac expressa conditione q. si sequet. concordium int. nos et dictum dñm Franciscum juvenem secundum q. deliberabitur p. istud consilium, exequi debeat concordium p̄dictum, si vero dictus dñs Franciscus juvenis nolet concordium secundum qd. deliberabit. p. istud consilium, capitan. noster possit secure et sine aliq̊uo impedimento conducere eum ad locum ubi ipse d. Franciscus juvenis erat quum fecit ei dictum salvum conductum et si capit. nostes volet venire cum praedictis Venec. posset venire in bona gratia.

4.

Secreta, 23 *nov. in Collegio* 167 t.°

Capta.

Quia facit p. statu nr̄o, quantum quilibet potest considerare, q. prestissime duo saltem de nr̄o Collegio vadant versus partes Ordiaci et Strate et usque ad campum nrūm ad procurandum q. dñi Franciscus de Carraria senex et junior omnino Venec. conducantur, vadit pars q. ballotari debeant illi de collegio pdicto et illi duo qui plures ballotas habuerint teneantur ire de presente ad ipsas partes sub pena duc. CC. p. quolibet ad procurandum de adimplendo nrām intentionem sive de conducendo eos Venec. et si placuerit capitaneo nr̄o venire cum eis, istud relinquatur in libertate sua sc̄dum q. in parte super hoc capta continet ; habeant de salario grossum unum non perdendo officium nec ejus utilitatem aut aliqd. aliud q. haberent. — Remanserunt : s. Bulgarus Victuri, s. Nicolaus Mudacio.

Die ult. nov. pag. 170.

Q. dñs Franciscus de Carraria et filius ejus dñs Franciscus tercius accipiantur de loco S.t Georgii et ducantur ad carceres nr̄os et ponantur în carcere dicto *l' orba* donec provisum fuerit de loco in quo poni debebunt qui aptat. sc̄dm. qd. pridie captum fuit.